

De habitu monachali . Cap. X V I I I .

182

sed talis ratio cessat in dimittentibus habitum in monasterio, ergo cessante ratio ne legis , cessare debet & lex, cum uerba legis sint amplianda , & restringenda secundum mentem disponentis, c. secun do requiris, de appellat. ubi Panor. Facit quod legitur, & not. in c. intelligentia, el 2. c. seq. de uerb. signif. l. cum pater, §. dulcissimis, ubi Bat. f. de leg. 2. cum sim. Undecimo, excommunicatio non debet intelligi , & nec à lege infligitur, nisi pro 8 peccato † mor. c. nemo, & cap. nullus, i. 1. q. 3. sed in iure nullibi reperitur . Immò apud omnes est in confessio, quod dimittens habitum in Monasterio, non est excommunicatus, sed tantum extra, d. c. ut periculosa, ibi in scholis, ergo non peccat mortaliter. Duodecimo, & ultimo, per regulas iuris in pénis odia inspicimus in obscuris de reg. iur. in 6. ubi positio quod hoc sit dubium, an dimissio habitus sine causa in Monasterio sit peccatum mort. tamen in obscuris minimum est sequendum; & per consequens, quod sit peccatum ueniale, cum odia restringi, & fauores cōueniat ampliari. Sed his & similib. non obstantibus, contraria sententiam censeo esse ueroitem, & in foro animæ magis tutam, scilicet quod talis dimissio 9 habitus sit peccatum mor. † & primo per tex. in c. sanctimonialis, dist. 23. cuius verba hęc sunt ; Sanctimonialis uirgo cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus uestibus applicetur, qualibus semper uestura est professioni, & sanctimonialis aptis . Qui quidem tex. iuncto cap. uidua, solet à Doctoribus semper allegari, quod Monachus debet uiri habitu. Sed modo pondero illud aduerbiū, semper, quod quidem, licet non si sic amare sumendum, ut per modicum tempus habitus dimitti non possit: cum etiā illud dicatur continue fieri, quod aliquid interuallum habeat, ut not. in cap. præsenti, de præb. in 6. Hinc Syl. in verb. excoicatio 9. & in verb. Habitū, & Ca iet. exponendo cap. ut periculosa, dicunt, modicum tempus dici per horam tan tum. Doctores ex hoc aduerbio semper,

assumunt hoc argum. quod adeò Monachus , semper uti debeat habitu, quod etiam electus in episcopum, non debeat habitum mutare quod idem tex. in cap. clerici officia, de uita, & honest. cler. & ratio est, quia delatio habitus est de substantia † Monachatus , glos. singularis, in c. 3. 16. q. 1. vbi statuit Innoc. ut quamuis monachi ad seculares ecclesias eligatur, à monachali tamē proposito non descendant, scilicet quo ad ea, quibus specialiter Deo sunt obligati, scilicet quo ad ea, quae sunt de substantia monachatus , ut de habitu seruando, de continentia, & de non habendo propria, sed non seruatria vota, est peccatum mort. d. c. cum ad monasterium, ergo dimittere habitū. Secundo, pondero dictum text. iuncta gl. d. c. 3. ver. statuimus. Quod quidem verbum, licet non sit præceptuum, nec 11 præceptuo æquipollens, est tamen fuerit commune, ut dicit Medi. C. de ieiu. tract. 4. q. 7. ver. si autē. Vnde appositum in materia graui, impropriatur, & efficitur præceptum, cum hoc ēt efficiat consiliorium, d. cap. rogo, sed modo materia est grauis, ut supra affirmauimus , ergo . Tertio, an transgressio legis mortalem culpam transgressor impingat, id examinandum est, ex materia subiecta, & ex uerbis. Felinus & Decius in cap. nam cōcupiscentiā, de constit. latē nos diximus lib. 2. cap. 10. num. 1. & cap. 57. num. 5. ubi diximus ex Soto, quod omnis lex, quae absolute fertur, hoc est, quae contrarium non explicat, obligat ad culpam ueniale, uel mortalem, secundum premium operis, sed modo licet, cap. sanctimonialis absolute dicat, quod professus, semper uti debeat uestibus professionis; tum quia materia est grauis, ut continetia, & proprium non habere; ut etiam dicit Sum. Asten. lib. 5. de regul. art. 5. obligari debet ad culpam mortalem , non autem ueniale . Quarto, per tex. in d. c. 12 ut periculosa, † in uerb. temerē, ubi distractius inhibetur, ne professus temere extra monasterium habitum dimittat, sed aduerbiū temerē, importat peccatum mor-